



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 4. Rupellense Conciliabulum a Calvinistis celebratum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Denique in decima tertia difficultate supplicabant Pontifici, *ut dignaretur supplicationes in decretis hujus Concilii sibi factas benigne suscipere, & omnia cum seminariis, prout sibi videbitur, confirmare,*

Annuit equidem huic petitioni Pontifex, prius tamen hujus Concilii decreta a Cardinalibus Congregationi sacrae Tridentinae Synodi praepositis examinari voluit: porro hi quaedam immutarunt, ac nonnulla demerunt, aliaque addiderunt, absoluto autem eorum labore summus Pontifex hujus Concilii statuta rata habuit edito diplomate die decima nona Martii anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo secundo. Denique provincialis hujus Concilii actis in Normannia celebratis subscripsere Carolus Cardinalis Borbonius, Archiepiscopus Rotomagensis, Primas Normanniae, Bernardinus de S. Francisco Episcopus Bajonensis, Ludovicus du Moulinet, Episcopus Sagiensis, Claudius de Saintes Episcopus Ebroicensis, & Joannes de Vasse, Episcopus Lexoviensis. Haec etiam acta praefatus Claudius latine reddidit, atque publici juris fecit.

§. IV.

Rupellense Conciliabulum a Calvinistis celebratum.

A 5

Pari-

Saecul. XVI.
A.C. 1581.

Sæcul. XVI.
A. C. 1581.

Actes des Synod. nat. des reform. de France t. I. p. 146. & 151.

Pariter Calvinistæ die vigesima octava Mensis Junii Rupellis undecimum nationale Conciliabulum celebrabant, in quo articulos numero quinquaginta definiebant, atque in illorum primo doctrinam, quam fidei confessio in alia Rupellensi Synodo anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo habita continebat, confirmabant, in articulo autem vigesimo octavo librum, cui titulus: *Franciæ historia in eadem Urbe typis impressa*, damnabant, cum plures regni urbes quererentur, quod hujus operis Auctor seposita omni reverentia de sacris religionis suæ rebus differeret, atque librum suum vanis, profanisque rebus, crebrisque fallitatibus, & calumniis læsa divina veritate non sine præjudicio, ac reformatæ religionis, ejusque doctrinæ dedecore repleverit, pluresque homines probos tam vivos, quam mortuos indigne traduxerit. Eadem hac sententia Synodus declarabat, quod præfati libri Author, si unus ex Ministris est, ad communionem recipi haud mereatur, atque ad participationem Sacramentorum admitti nequeat, donec agnito errore læsam famam opportunis mediis reparaverit. Ceterum hujus libri *de Historia Franciæ* Auctor, qui tamen non nominatur, haud alius est, quam Lancelotus Voësinus de Popeli-

peliniera Nobilis Vasco, qui Franciæ Sæcul. XVI.
 Historiam conscribens complectebatur A.C. 1581.
 cuncta, quæ sub regimine Henrici II.
 Francisci II, Caroli IX, & Henrici III.
 Galliarum Regum, etiam in ceteris
 Europæ Provinciis, aliisque vicinis re-
 gionibus tam pacis, quam belli tempo-
 re ab anno Domini millesimo quingen-
 tesimo quinquagesimo usque ad annum
 millesimum quingentesimum septuage-
 simum septimum gesta fuere.

Porro in articulo vigesimo nono pa-
 riter liber latinus in Genesin a Jacobo
 Broccardo Pedemontano conscriptus
 damnabatur, perinde ac si sacri Codicis
 profanationibus, impiisque præceptis,
 atque erroribus oppido nocivis præci-
 pue circa revelationes, & Prophetias
 scateret: insuper articulo quadragesi-
 mo secundo omnes usuræ immodicæ,
 ac scandalosæ prohibentur: propolita
 autem hac quæstione, an quis defuncto
 uxoris suæ fratre illius viduam ducere
 valeat, ad hoc dubium Synodus in ar-
 ticulo quadragesimo quarto ita respon-
 dit. „censemus, quod, quamvis plures
 „alii aliter judicarint, inter hosce oc-
 „cultata sit affinitas eo potissimum nomi-
 „ne, quod Vir, & mulier una repu-
 „tentur caro, adeo, ut honestas, ac
 „decentia ejusmodi connubium haud
 „permittant.„ In quadragesimo quinto
 arti-

Sæcul. XVI
A.C. 1581.

articulo asserunt hi declamatores, quod non sit permiffum, ut in matrimonii impedimentis præfentibus, & futuris difpenfatio a fummo Pontifice petatur, cum tunc, fi id fieret, illius auctoritas tanquam legitima agnofci videretur, interim licitum dicebant, quod quis Regem pro ejusmodi difpenfatione in gradibus per humanas leges nunc prohibitis, ac nulla lege divina refervatis accedat. Denique in quadragefimo fexto admonentur fideles, ne infantes fuos longo tempore nifi faltem in magna neceffitate Baptifmo privent. Postremo atque articulo quinquagefimo Britanniam tanquam proximæ Synodi locum defignabant.

§. V.

Varia Gregorii XIII. Papæ diplomata.

Bull. Const.
68. & 69.
pag. 481.

Hoc item anno Domini millefimo quingentefimo octogefimo primo Gregorius XIII. fummus Pontifex plura edidit diplomata, quorum primo die trigesima Martii promulgato Christianis morbo preffis inhibetur, ne Medicos fecta Judæos, aut Infideles advocent, qui eos inviferent, atque in eorum infirmitatibus curarent, his vero injungitur, ne, etiamfi vocati effent, Christianos infirmos fub ullo prætextu vifum